



† Sancte Petre,
ora pro nobis.

† Sancte Paule,
ora pro nobis.



DIE XXIX. JUNII.

In Festo SS. Apostolorum

— † — Petri et Pauli. — † —

Intritus. *Act. 12.*
 Unc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum : et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judaeorum. *Ps. 138.* Dñe, probasti me, et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

V. Gloria Patri.
Oratio. Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti : da Ecclesiae tuae, eorum in omnibus sequi

praeceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum.

Et non fit Commem. de S. Paulo, quia Oratio est communis; nec de Octava S. Joannis Baptiste.

Lectio **Veruum** Apostolorum. *12.*

In diebus illis : Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judaeis, apposuit ut apprehenderet et Petrum. Erant autem dies Azyrnorum. Quem cum apprehendisset, misit in

cárcerem, tradens quatuor quaterniónibus militum custodiéndum, volens post Pascha producere eum pópulo. Et Petrus quidem servabatur in cárcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinculus caténæ duabus: et custódes ante ostium custodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Dómini ádstitit: et lumen refúlit in habitáculo: percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt caténæ de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, et cálcæ te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circúmda tibi vestiméntum tuum, et séquere me. Et exiens sequebátur eum, et nesciébát quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimábát autem se visum vidére. Transéuntes autem primam et secundam custodiám, venerunt ad portam férream, quæ ducit ad civitatem: quæ ultro apérta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum: et continuo discéssit An-

gelus ab eo. Et Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, et eripuit me de manu Heródis, et de omni expectatione plebis Judæórum. *Graduale. Ps. 44.* Constitues eos principes super omnem terram: mémoires erunt nóminis tui, Dómine. *V.* Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: propterea pópuli confitebántur tibi. Allelúia, allelúia. *V.* *Matth. 10.* Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclesiam meam. Allelúia. *Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 16. b.* **I**n illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philippi, et interrogábat discipulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Filium hóminis? At illi dixerunt: Alii Joánnem Baptistam, álii autem Eliam, álii vero Jeremiam, aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque solvéris super terram, erit solútum et in cælis. **CREDO.**

Offertorium. Ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram: mémoires erunt nóminis tui, Dómine, in omni progénie et generatióne.

Secreta. Hóstias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offerimus, apostólica prosequátur oratio: per quam nos expiári tribuas, et defendi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Prefatio de Apost. p. 250.
Communio. Matth. 16. Tu es Petrus: et super hanc petram ædificábo Ecclesiam meam.

Postcommunio. Quos cælesti, Dómine, alimento satiásti: apostólicis intercessiónibus ab omni adversitate custódi. Per Dóminum.

DIE XXX. JUNII.

IN COMMÉMORATIONE S. PAULI APOSTOLI.

INTROITUS. *Scio cui crédti, p. 386.*

Oratio. Deus, qui multitudínem géntium beáti Pauli Apostoli prædicatione docuísti: da nobis, quæsumus; ut cujus natalitia cólimus, ejus apud te patrocinia sentiámus. Per Dóminum.

Et fit Commém. S. Petri Apostoli. Oratio. *Deus, qui beáto Petro, p. 379.*

Deinde S. Joannis, præterquam in Ecclesia propria S. Pauli.

Oratio ut in Festo, p. 464.
Léct. Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Gálatas. 1. b.

Fratres: Notum vobis facio Evangelium, quod evangelizá-

tum est a me, quia non est secundum hóminem: neque enim ego ab hómine accépi illud, neque didici, sed per revelatióem Jesu Christi. Audistis enim conversatióem meam aliquándo in Judaismo: quóniam supra modum persequebatur Ecclesiam Dei, et expugnábam illam, et proficiébam in Judaismo supra multos coetáneos meos in genere meo, abundántius æmulátor existens paternarum mearum traditiónum. Cum autem placuit ei, qui me segregávit ex útero ma-

tris meæ, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni et sanguini, neque veni Jerosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam; et iterum reversus sum Damascum: deinde post annos tres veni Jerosolymam, videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim: alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.

GRADUALE. *Qui operatus est, p. 387, et loco ult. V. Magnus sanctus, dic. seq.*

V. Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, et doctor gentium, intercede pro nobis. Allel. EVANGELIUM. *Ecce ego mitto vos, ut in Festo S. Barnabe, p. 454.*

Et dicitur Credo. OFFERTORIUM. *Mihi autem, p. 365.*

SECRETA. *Apostoli tui Pauli, p. 381.*

Pro S. Petro Ap. Secreta. *Ecclésiæ tuæ, ibid.*

Pro S. Joanne. *Tua, Domine, p. 465.*

Præf. de Apost. p. 250.

COMMUNIO. *Amen dico vobis, p. 131.*

POSTC. *Perceptis, Domine lætificet, ut infra die 1. Aug.*

Pro S. Petro Ap. Postc. *Lætificet nos, p. 381.*

Pro S. Joanne. *Sumat, p. 365.*

Festa Julii.

DOMINICA I. JULII.—IN FESTO

Preiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

Introitus.



Apoc. 5. Edemisti nos, Domine, in sanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione, et fecisti nos Deo nostro regnum. *Ps. 83.* Misericordias Domini in æternum cantabo: in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. V. Gloria Patri.

Oratio. Omnipotens sempiternus Deus, qui unigenitum Filium tuum mundi Redemptorem constituisti, ac ejus sanguine placari voluisti: concede quæsumus, salutis nostræ præteritum solenni cultu ita venerari, atque a præsentis vitæ malis ejus virtute defendi in terris; ut fructu perpetuo lætémur in cælis. Per eundem Dñm.

Preiosiss. Sanguinis D. N. J. C. 475

Et fit Comm. Dominicæ, et legitur ejusdem Evangelium in fine.

EPISTOLA. *Christus assistens, ut in Domin. Passionis, p. 133.*

Graduale. *1 Joann. 5.* Hic est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. V. Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt.—Allelúa, alle. V. Si testimonium hominū accipimus, testimonium Dei majus est. Allelúa.

¶ In Missis votivis post Septuag., omissis Allelúa et V. sequenti, dicitur.

Cractus. *Ephes. 1.* Gratificavit nos Deus in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus. V. Remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus quæ superabundavit in nobis. V. *Rom. 3.* Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu. Deo. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.

Temp. Pasch. in Missis votivis dicitur:

Allelúa, allelúa. V. *Apoc. 5.* Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula ejus: quoniam occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo. Allelúa. V. *Exodi 12.* Erit autem sanguis vobis in signum: et videbo sanguinem, et transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens. Allelúa.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. *10. f.*

I accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judæi ergo, quoniam Parasceve erat, ut non remaneret in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venérunt ergo milites, et primi quidem frerunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderent eum jam mortuum, non frerunt ejus crura; sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exiit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et verum est testimonium ejus.

CREDO.

Offertorium. 1 Cor. 10. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?

Serena. Per hæc divina mysteria, ad novi quæsumus testamenti mediatores Jesum accedamus; et super altaria tua, Domine virtutum, asperionem sanguinis, melius loquentem quam Abel, innovemus. Per eundem Dominum.

Prefatio de Cruce, p. 247.
Comm. Hebr. 9. Christus semel oblatus est ad mortuorum exhaurienda peccata: secundo sine peccato apparebit ex-

spectantibus se, in salutem.

Postcommunio. Ad sacram, Domine, mensam admissi, hausimus aquas in gaudio de fontibus Salvatoris: sanguis ejus fiat nobis, quæsumus, fons aquæ in vitam æternam salientis: Qui tecum vivit et regnat in unitate.

¶ Si hodie occurrat Festum Visitationis B. M. V. aut aliud Festum æqualis vel altioris ritus, de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die non impedita a Festo duplici primæ vel secundæ classis, translato inde juxta rubricas Festo duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ: de alio vero Duplici vel Semiduplici Dominica occurrente, fit tantum Commemoratio etiam in Missa solemni.

DIE I. JULII. — IN OCTAVA

Nativitatis S. Joannis Baptistæ.

Missæ ut in die festo, p. 464, cum Commem. Octavæ SS. Apost., ut supra in Missa

diei festi, p. 471, et dicitur **Credo**, et **Prefatio** de Apost.

DIE II. JULII. — IN FESTO

Visitationis beatæ Mariæ Virginis.

Introitus. *Salve sancta parens,* p. 157.

Oratio. Famulis tuis, quæsumus Domine, cælestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus existit salutis exordium, Visitationis ejus votiva so-

lennitas, pacis tributum incrementum. Per Dominum nostrum.

Et fit Commem. SS. Martyrum Processi et Martiniani in Missis privatis tantum. Oratio.

Deus, qui nos sanctorum Martyrum tuorum

rum Processi et Martiniani gloriosis confessionibus circumdatis et protégis: da nobis, et eorum imitatione proficere, et intercessione gaudere. Per Dñum.

Lectio libri Sapientiæ.

Cant. 2. 6.

Ecce iste venit saliens in montibus, transilvens colles: similis est dilectus meus caprea, hinnuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, propiciens per cancellos.

¶ En dilectus meus loquitur mihi: Surge, præpera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Jam enim hiems transiit, imber abiit, et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advénit: vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni: columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceræ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora.

GRADUALE. *Benedicta,* p. [58], et loco ult. *Y. Post partum,* dicitur sequens:

V. Felix es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol justitiæ Christus Deus noster. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 1. d.

In illo tempore: Exsurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda: et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth. Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus: et repleta est Spiritu sancto Elisabeth: et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficentur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. **CREDO.**

Offertorium. Beata es, Virgo Maria, quæ omnium portasti Creatorem: genuisti qui te fe-

cit, et in ætérnum pérmanes virgo.

Secreta. Unigéniti tui, Dómine, nobis succúr-
rat humanitas : ut qui
natus de Virgine, Ma-
tris integritátem non
minuit, sed sacrávit, in
Visitatiónis ejus solém-
niis, nostris nos piáculis
éxuens, oblatiōnem no-
stram tibi faciát accé-
ptam Jesus Christus Dó-
minus noster : Qui tec-
cum vivit et regnat.

Pro SS. Mart. Processo et
Martiniano. **Secreta.**

Súscipe, Dómine, pre-
ces et múnera, quæ ut
tuo sint digna conspé-
ctú, Sanctórum tuórum
précibus adjuvémur.
Per Dóminum nostrum
Jesum Christum.

Præfatio de B. Maria. *Et
te Visitatióne*, p. 250.

Communio. Beáta vis-
cera Mariæ Virginis,
quæ portaverunt ætérni
Patris Fílium.

Postcommunio. Súm-
psimus, Dómine, cele-
britatis ánnuæ votiva
sacraménta : præsta,
quæsumus; ut temporá-
lis vitæ nobis remédia
præbeant, et ætérnæ.
Per Dóminum.

Pro SS. Mart. Processo et
Martiniano. **Postcomm.**

Córpore sacri, et pre-
tiosi sánguini repléti
libámine, quæsumus,
Dómine Deus noster :
ut quod pia devotiōne
gérimus, certa redemp-
tione capiámus. Per
eúdem Dóminum.

EADEM DIE.**SS. MARTYRUM Processi et Martiniani.**

MISSA. *Sapientiam*, de
Communi, p. [15]. **EPIST.**
Rememorámini, p. [16].

EVANGELIUM. *Si quis
vult*, p. [5]. cum Oratiōni-
bus ut supra.

DIE III. ET IV. JULII. — INFRA OCTAVAM**SS. APOSTOLORUM**

MISSA. *Mihi autem*, in-
ter votivas, p. [50] præter
Oratiōnes quæ dicuntur ut
supra in die festo, p. 471; et
post Graduale, loco ult. **V.**
Nimis honorati, dic. seq.

V. Lucae 22. Rogávi
pro te, Petre, ut non de-
ficiat fides tua : et tu

Petri et Pauli.

aliquándo convérsum,
confirma fratres tuos.
Allelúia.

Secunda Oratio de S. Ma-
ria, *Concélle*, p. [57]; tertia,
Ecclésiæ, vel pro Papa,
p. [58].

Et dicitur *Credo*.

DIE V. JULII.**S. Antonii Mariæ Zaccaria CONF.**

Intróitus. *1. Cor. 2.*

Sermo meus, et
prædicatio
mea non in
persuasibili-
bus humanæ sapiéntiæ
verbis, sed in ostensióne
spiritus, et virtútis.

Ps. 110. Confitébor tibi,
Dómine, in toto corde
meo, in consilio justó-
rum et congregatióne.
V. Glória Patri.

Oratio. Fac nos, Dómi-
ne Deus, supereminén-
tem Jesu Christi scién-
tiam, spiritu Pauli Apó-
stoli ediscere; qua beá-
tus Antónius Maria mi-
rabíliter eruditus, novas
in Ecclésiæ tua clericó-
rum et virginum familias
congregávit. Per eúm-
dem.

Et fit Commem. Octavæ
SS. Apostol. 471.

Lectio Epistolæ beáti
Pauli Apóstoli ad Ti-
mótheum. I. 4.

Pietas ad ómnia útilis
est, promissionem
habens vitæ, quæ nunc
est, et futúre. Fidélis
sermo, et omni accepti-
one dignus. In hoc enim
laborámus, et maledici-
mur, quia sperámus in
Deum vivum, qui est
Salvátor ómnium hómi-
nó 5. *

num, máxime fidélium.
Præcipe hæc, et doce.
Nemo adolescentiam
tuam contemnat : sed
exemplum esto fidélium
in verbo, in conversati-
one, in caritatē, in fide,
in castitatē. Dum vénio,
attende lectiōni, exhor-
tatiōni, et doctrínæ. No-
li negligere grátiam, quæ
in te est, quæ data est
tibi per prophetiam, cum
impositiōne mánuum
presbytérii. Hæc medi-
táre, in his esto : ut pro-
fectus tuus manifestus
sit ómnibus. Attende
tibi, et doctrínæ : insta
in illis. Hoc enim fá-
ciens, et teipsum sal-
vum facies, et eos, qui
te audiunt.

Graduale. Philipp. 1.
Testis mihi est Deus,
quo modo cūpiam om-
nes vos in viscéribus Je-
su Christi. Et hoc oro,
ut caritas vestra magis
ac magis abúndet in
sciéntia et in omni sen-
su. **V. Ibid.** Ut probétis
potióra, ut sitis sincéri,
et sine offénsa in diem
Christi.

Allelúia, allelúia.
V. Ibid. Repléti fructu
justitiæ per Jesum Chri-
stum, in glóriam et lau-
dem Dei. Allelúia.

Post Septuagesimam, omissis *Allelúia*, et *V. sequenti*, dicitur

Tractus. 2. Cor. 10. 17. 18. Qui gloriátur in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est: sed quem Deus comméndat. *V. Galat. 6.* Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. *V. Philipp. 1.* Mihi vivere Christus est, et mori lucrum.

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic.

Allelúia, allelúia.
V. 2. Cor. 7. Replétus sum consolatióne, superabúndo gáudio in omni tribulatióne nostra. *Allelúia. V. Ibid. 6.* Tamquam filius dico: dilatámini et vos. *Allelúia.*

Seq. *sancti Evangelii* secundum Marcum. 10.

In illo tótempore: Dixit Jesus discipulis suis: Quisquis non recépérit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud. Et cum egressus esset in viam, procurrrens quidam, genu flexo ante eum, rogábat eum: Magister bone, quid faciám ut vitam ætérnam percipiam? Jesus autem dixit ei: Quid me dicis

bonum? Nemo bonus nisi unus Deus. Præcepta nosti: ne adulteres, ne occidas, ne furéris, ne falsum testimónium dixeris, ne fraudem féceris, honóra patrem et et matrem. At ille respondens ait illi: Magister, hæc ómnia observávi a juventúte mea. Jesus autem intúitus eum, diléxit eum, et dixit ei: Unum tibi deest: Vade, quæcúmque habes vende, et da paupéribus, et habés thesáurum in celo: et veni, séquere me.

Et dicitur *Credo*, ratione Octávæ.

Offertorium. Ps. 127. In conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, et confitebor nómini tuo.

Secreta. Ad mensam cælestis convivii fac nos, Dómine, eam mentis et corpóris puritátem afferre; qua beátus Antónius Maria, hanc sacratissimam hóstiam offerens, mirifice ornátus enituit. Per Dóminum.

Altera *Secreta* de Apostolis.

Præfatio de Apostolis, 248 vel 271.

Communio. Philipp. 3. Imitatóres mei estóte, fratres, et observáte eos qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

Postcommunio. Cælesti dape qua pasti sumus, Dómine Jesu Christe, eocorda nostra caritátis igne flammescant, quo beátus Antónius Maria

salutáris hóstiæ vexillum contra Ecclésiæ tuæ hostes extulit ad victóriam: Qui vivis.

Altera *Postcommunio* de Apostolis.

DIE VI. JULII.

IN OCTAVA SS. APOST. Petri et Pauli.

INTROITUS. Sapientiam, p. 151.

ORATIONES ut in Missa votiva *Mihi autem*, p. 150.

EPISTOLA. Hi viri, ut supra, die 26 Junii, p. 466.

Graduale. Sap. 3. Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum malitiæ.

V. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. *Allelúia, allelúia. V. Luc. 22.* Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis: et ego dispono vobis regnum, ut sedeatís super thronos, judicantes duódecim tribus Israel. *Allelúia.*

Seq. *sancti Evangelii* secundum Matthæum. 14. c.

In illo tótempore: Cópulit Jesus discipulos ascendere in naviculam, et præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus oráre. Vespere autem factó solus erat ibi. Navicula autem in médio mari jacta-

bátur fluctibus: erat enim contrárius ventus. Quarta autem vigília noctis, venit ad eos ámbulans super mare. Et vidéntes eum super mare ámbulántem, turbati sunt, dicéntes: Quia phantásma est. Et præ timóre clamaverunt. Statimque Jesus locútus est eis, dicens: Habéte fidúciam: ego sum, nolite timére. Respondens autem Petrus, dixit: Dómine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula, ámbulábat super aquam, ut veniret ad Jesum. Videns vero ventum válidum, timuit: et cum cœpisset mergi, clamávit, dicens: Dómine, salvum me fac. Et continuo Jesus exténdens manum, apprehéndit eum, et ait illi: Módice fidei, quare dubitásti? Et cum ascendisset in naviculam, cessávit ventus. Qui autem in navi-

480B Die 8 Jul. — S. Elisabeth Portug.

cula erant, venerunt, et adoraverunt eum, dicentes: Vere Filius Dei es.

Effectorium. Ps. 149. Exsultabunt sancti in

glória, lætabuntur in cubiculis suis: exaltationes Dei in faucibus eorum.

COMMUNIO. *Fustorum anima*, p. 449.

DIE VII. JULII.

S.S. Cyrilli et Methodii PONT. ET CONF.

INTROITUS. *Sacerdotes tui*, p. 153. cum **EPIST.** *Plures facti sunt*, et **GRAD.** *Sacerdotes*, ex eadem Missa *ibid.*

Oratio. Omnipotens sempiternè Deus, qui Slavoniæ gentes, per beatos Confessores tuos atque Pontifices Cyrillum et Methodium ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: præsta; ut quorum festiuitate gloriamur, eorum consortio copulemur. Per Dñm nostrum.

EVANGELIUM. *Designavit Dominus*, p. 423. **Effectorium** Ps. 67. Mirabilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutem et forti-

tudinem plebi suæ: benedictus Deus.

Secreta. Preces nostras, quæsumus Dñmine, et tuorum respice oblationes fidelium: ut tibi gratæ sint in tuorum festiuitate Sanctorum, et nobis conferant tuæ propitiacionis auxilium. Per Dñm nostrum.

COMMUNIO. *Quod dico vobis*, p. 118.

Postcommunio. Quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui nobis mûnera dignaris præbere cælestia, intercedentibus sanctis tuis Cyrillo et Methodio, despiciere terræa concedas. Per Dñm nostrum.

DIE VIII. JULII. S. Elisabeth

REGINÆ PORTUGALLIE, VIDUÆ.

MISSA. *Cognovi*, de Comuni nec Virginis nec Mart. p. 42. præter Orationem sequentem:

Oratio. Clementissime Deus, qui beatam Elisabeth reginam, inter ceteras egrégias dotes, bé-

lici furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis, ejus intercessione, post mortalis vitæ, quam suppliciter pétimus pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dñm.

Die 12 Jul. — S. Joannis Gualb. Abb. 481

DIE X. JULII. SS. Septem Fratrum, ac Rufinae et Secundae VIRG. ET MART.

Introitus. Ps. 112.

Oratio. *Præsta, quæsumus*, p. 405. **EPIST.** *Müllerem fortem*, ut in Comm. nec Virg. nec M. **GRADUALE.** *Anima nostra*, p. 115. et loco ult. **V. Justi**, dic. *Hæc est*, p. 439. **EVANGELIUM.** *Loquente Jesu ad turbas*, ut Fer. iv. Quat. Temp. Quadrag., ab hoc signo ¶, p. 75. **OFFERT.** *Anima*, p. 383. **SECRETÀ.** **COMMUNIO** et **POSTCOMMUNIO**, ut die 10 Mart. p. 406.



Audate pueri Dñm in domo, laudate nomen Dñmini: qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Ps. *ibid.* Sit nomen Dñi benedictum: ex hoc nunc, et usque in seculum. V. Glória Patri.

DIE XI. JULII. S. Pii PAPÆ ET MART.

MISSA. *Stabat*, ut in Comm. unius Mart. Pontif. p. [2]

DIE XII. JULII.

S. Joannis Gualberti ABBATIS.

MISSA. *Os justi*, de Comuni Abbat. p. 132. cum **EVANGEL.** *Avulsi quæ dictum est* etc. Feria vi. post Cineres, p. 64. Terminatur autem ad verba: *Attendite ne*.

Pro Comm. SS. Naboris et Felicis Martyrum.

Oratio. Præsta, quæsumus Dñmine: ut sicut nos sanctorum Martyrum tuorum Naboris et Felicis natalitia celebranda non deserunt: ita jûgiter suffragiis comitentur. Per Dñm nostrum.

Secreta. Mûnera plebis tuæ, quæsumus Dñmi-

ne, sanctorum Martyrum tuorum Naboris et Felicis fiant grata suffragiis: et quorum triumphis tuo nòmini offeruntur, ipsorum digna perficiantur et méritis. Per Dñm nostrum Jesum Christum. **Postcommunio.** Natalitis Sanctorum tuorum, quæsumus Dñmine: ut sacramenti mûnere vegetati, bonis, quibus per tuam gratiam nunc fovémur, perfruemur æternis. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

EADÉM DIE.

SS. MARTYRUM **Naboris et Felicis.**MISSA. *Salus autem*, de Comuni, p. [16]; Orationes ut supra.

DIE XIII. JULII.

S. Anacleti PAPÆ ET MARTYRIS.MISSA. *Sacerdotes Dei*, de Comuni unius Mart. Pont. [4]. *EVANG. Si quis ve-*nit ad me, de eodem Comuni i. loco, p. [3].DIE XIV. JULII. **S. Bonaventuræ**


EPISCOPI, CONFESSORIS ET ECCLESIE DOCTORIS.

MISSA. *In medio*, de Comm. Doctorum, p. [26], præter seqq.Post Grad. *Os justi*, loco *Y. Amavit*, dicitur seq.*V. Ps. 109.* Juravit Dominus, et non pœni-

tēbit eum : Tu es sacerdos in ætænum, secundum ordinem Melchisedech. Allelūia.

OFFERTOR. SECRETA ET POSTCOMM. ut in Missa *Sacerdotes tui*, p. [24].DIE XV. JULII. **S. Henrici** CONFESSORIS.MISSA. *Os justi*, ut in Comm. Coaf. non Pontif. p. [28], præter Orat. seq.*Oratio.* Deus, qui hodierna die beatum Henricum Confessorem tuum et terræni cūlmine imperii ad regnum æternum transtulisti : te supplices exoramus ; ut, sicut illum grætiæ tuæ ubertate præventum illecebras sæculi superare fecisti, ita nos facias ; ejus imitatione, mundi hujus blandimenta vitare, et ad te puris mentium pervenire. Per Dñm.

DIE XVI. JULII.

B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo.*Introitus.*Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore beatæ Mariæ Virginis : de cu-jus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Ps. 44.* Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi. *V. Gloria Patri.**Oratio.* Deus, qui beatissimæ semper Virginis, et Genitricis tuæ Mariæ singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti ; concede propitius ; ut ejus hodie Commemorationem solèmi celebramus officio, ejus muniti præsidii, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur : Qui vivis. *Lectio libri Sapientiæ.**Eccli. 24. c.***E**go quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei. In me grætia omnis viæ et veritatis : in me omnis spes viæ, et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implèmini ; spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esuriunt : et qui bibunt me, adhuc sitiunt. Qui audit me, non confundetur : et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elidit me, vitam æternam habebunt.GRADUALE. *Benedicta*, p. [58] ; et loco ult. *V. Post partum*, dicitur sequens.*V. Per te, Dei Genitrix, nobis est vita perditata : quæ de cælo suscepisti prolem, et mundo genuisti Salvatorem. Allelūia.*EVANGELIUM. *Loquente Jesu*, p. [58]. Dicitur *Credo.**Offertorium.* Recordare, Virgo Mater, in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, et ut avertat indignationem suam a nobis.*Secreta.* Sanctifica, Domine quæsumus, oblata libamina : et beatæ Dei Genitricis Mariæ saluberrima intercessione, nobis salutaria fore concede. Per eundem Dominum.Præfatio de B. Mariæ. *Et te in Commemoratione*, p. 250.*Communio.* Regina mundi dignissima, Maria Virgo perpétua, intercede pro nostra pace et salute, quæ genuisti Christum Dominum Salvatorem omnium.*Postcommunio.* Adjuvet nos, quæsumus Domine, gloriæ tuæ Genitricis Mariæ intercessio veneranda : ut quos perpetuis cumulavit beneficis, a cunctis periculis absolutos, sua faciat pietate concordes : Qui vivis et regnas.

DIE XVII. JULII. S. Alexii CONFESS.

MISSA. *Os justis*, de Comuni Conf. non Pont. p. [28], præter Epist. et Evang.

Lect. *Epistolæ B. Pauli Apost. ad Timoth. 1.6.6.*

CARISSIME : Est quædam magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim inutilius in hunc mundum : haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et

nociva, quæ mergunt homines in interitum, et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas : quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, o homo Dei, hæc fuge : sectare vero justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam.

EVANGELIUM. *Ecc. nos reliquimus omnia, de Comuni Abbatum, p. [33].*

DIE XVIII. JULII.

S. Camilli de Lellis CONFESSORIS.

Introitus. *Joann. 15.*

AJOREM hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. *Ps. 40.* Beatus qui intelligit super egenum, et pauperem : in die mala liberabit eum Dominus. *V. Gloria Patri.*

Oratio. Deus, qui sanctum Camillum, ad animarum in extremo agone luctantium subsidium, singulari caritatis prerogativa decorasti : ejus, quaesumus, meritis spiritum nobis tuæ dile-

ctionis infunde : ut in hora exitus nostri hostem vincere, et ad caelestem mereamur coronam pervenire. Per Dñm.

Et fit Commemoratio de SS. Symphorosa et Filii Martyribus, ut in sequenti Missa propria.

EPISTOLA. *Noctæ miræri.* ut Dom. ii. post Pentec. p. 314.

GRADUALE. *Os justis*, p. [30].

EVANGELIUM. *Hoc est præceptum meum*, ut in Vigilia unius Apost. p. [2].

OFFERTORIUM. *In virginitate*, p. [31].

Secreta. Hostia immaculata, qua illud Dómi-

ni nostri Jesu Christi immensæ caritatis opus renovamus, sancto Camillo intercedente, sit contra omnes corporis et animæ infirmitates salutare remedium, et in extremo agone solatium et tutela. Per eundem Dóminum nostrum.

Secreta pro SS. Symphorosa et Filiis, ut in sequenti Missa.

Comm. *Matth. 25.* Infirmitus fui, et visitastis me. Amen, amen, dico vobis : quamdiu fecistis

uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Postcommunio. Per hæc caelestia alimenta, quæ sancti Camilli Confessoris tui sollemniter celebrantes, pia devotione suscipimus : da, quaesumus Dómine ; ut in hora mortis nostræ sacramentis refecti, et culpis omnibus expiati, in sinum misericordiæ tuæ læti discipi mereamur : Qui vivis et regnas.

Postc. de SS. Symphorosa et Filiis, ut in seq. Missa.

EADEM DIE. S. Symphorosæ cum septem Filiis Martyribus.

MISSA. *Clamaverunt*, ut supra in Festo SS. Quadragesima Mart., die 10 Martii, p. 495.

Oratio. Deus, qui nos concedis sanctórum Martyrum tuórum Symphorosæ et Filiórum ejus natalitia colere : da nobis in æterna beatitudine de eórum societate gaudere. Per Dóminum nostrum.

GRADUALE. *Ecc. quam bonum*, p. 354; et loco ult.

V. Qui timent. dic. *V. Hæc est.* p. 459.

EVANGELIUM. *Attendite a sermone.* de Comm. plurim. Mart. ultimo loco, p. [21].

SECR. *Minera*, p. [16].

Postcommunio. Præsta nobis, quaesumus Dómine : intercedentibus sanctis Martyribus tuis Symphorosa et filiis ejus ; ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dñm.

DIE XIX. JULII.

S. Vincentii a Paulo CONFESSORIS.

MISSA. *Justus*, de Comuni, p. [30], præter seq.

Oratio. Deus, qui ad evangelizandum pauperibus, et ecclesiastici ór-

dinis decorem promovendum, beatum Vincéntium apostólica virtute roborasti : præsta, quaesumus ; ut cujus pia méri-

ta venerámur, virtútum quoque instrúamur exemplis. Per Dóminum.

EVANGELIUM. *Designávit Dóminus, ut supra in Festo S. Marci Evangelístæ, die 25. Aprilis, p. 423.*

DIE XX. JULII.

S. Hieronymi Aemiliani CONFESSORIS.

Introitus. *Jer. Thren. 2.*



ffúsus est in terra jecur meum super contritíone filíæ pópuli mei, cum deficeret párvulus, et lactens in platéis oppidi. *Ps. 112.* Laudáte púeri Dñi: laudáte nomen Dñi. *V.* Glória Patri.

Oratio. Deus, misericordiárum pater: per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluisti: concéde; ut spíritum ad optiónis, quo filii tui nominámur et sumus, fideliter custodiámus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commem. S. Margaritæ Virg. et Mart. Oratt. *Instit. legatum, etc. ex Missa Me expectaverunt, p. 36.*

Lectio *Isaíæ Prophétæ. 58. b.*

Prange esuriénti panem tuum, et egénos, vagósque induc in domum tuam: cum videris nudum, óperieum, et carnem tuam ne despéxeris. Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum,

et sánitas tua citius oriétur, et anteíbit fáciem tuam justitia tua, et glória Dómini colliget te. Tunc invocábis, et Dóminus exáudiet: clamábis, et dicit: Ecce adsum; si abstúleris de médio tui caténam, et desieris exténdere digítum, et loqui quod non prodest. Cum effúderis esuriénti ánimam tuam, et ánimam afflictam repléveris, oriétur in ténebris lux tua, et ténebræ tuæ erunt sicut merídes. Et réquiem tibi dabit Dñs semper, et implébit splendóribus ánimam tuam, et ossa tua liberábit, et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons aquárum, cujus non deficient aquæ.

Graduale. *Prov. 5.* Derivéntur fontes tui foras, et in platéis aquas tuas divide. *V. Ps. 111.* Jucúndus homo, qui miserétur et cómmodat: dispónet sermónes suos in iudicio, quia in ætérnum non commovébitur. Allelúia, allel. *V.* Dispérsit, dedit paupéribus:

justitia ejus manet in sæculi sæculi. Allelúia.

Seq. *sancti Evangelii scúndum Matthæum. 19. b.*

In illo témpore: Obláti sunt Jesu párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Discípuli autem increpábant eos, Jesus vero ait eis: Sinite párvulos, et nolite eos prohibére ad me venire: tálum est enim regnum cælórum. Et cum imposuisset eis manus, ábit inde. Et ecce unus accédens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut hábeam vitam ætérnam? Qui dixit ei: Quid me intérogas de bono? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandáta. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicidium fácies: Non adulterábis: Non fácies furtum: Non falsum testimónium dices: Honóra patrem tuum, et matrem tuam, et diliges próximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi a juventúte mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse vade, vende quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesáurum in cælo: et veni, séquere me.

Offertorium. *Tob. 12.*

Quando orábas cum lácrymis, et sepeliébas mórtuos, et derelinquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepeliébas eos: ego óbtuli oratíonem tuam Dómino.

Secreta. Clementíssime Deus, qui vétéri hómine consúmpto, novum scúndum te in beáto Hierónymo créare dignátus es: da, per mérita ipsius; ut nos páriter renováti, hanc placatiónis hóstiam in odórem tibi suavíssimum offerámus. Per Dóminum nostrum.

Communio. *Jac. 1.* Religio munda, et immaculáta apud Deum et Patrem, hæc est: Visitáre pupillos, et viduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodire ab hoc sæculo.

Postcommunio. Angelórum pane refécit, te Dómine suppliciter deprecámur; ut qui ánuam beáti Hierónymi Confessoris tui memóriam celebráre gaudémus, ejúsdem étiam et exemplum imitémur, et amplíssimum in regno tuo præmium obtinére valeámus. Per Dóminum nostrum.

EADÉM DIE.

S. Margaritæ VIRGINIS ET MARTYRIS.MISSA. *Me expectaverunt*, de Communi Virginis et Martyris, p. [36].DIE XXI. JULII. **S. Prædixis** VIRGINIS.INTROITUS. *Loquibar*, p. [34].ORATI. *Exaudi*, etc. ex Missa *Dilexisti*, p. [38].EPISTOLA. *De virginibus*, de Comm. p. [40].GRADUALE. *Dilexisti*, p. [41].EVANGELIUM. *Simile est regnum celorum hæc sicut, de eod. Communi*, p. [36].OFFERTORIUM. *Diffusa est*, p. [37].COMMUNIO. *Simile est regnum*, p. [40].DIE XXII. JUL. **S. Mariæ Magdalænæ.**INTROITUS. *Me expectaverunt*, p. [36].

ORATIO. Beate Mariæ Magdalænæ, quæsumus Dómine, suffragiis adjuvémur : cujus precibus exorátus, quadriduánum fratrem Lázarus vivum ab inferis resuscitasti : Qui vivis et regnas.

Lectio libri Sapientiæ. *Cantic. 3 et 8.*

Surgam, et circuibó civitátem : per vicos et platæas quæram quem diligit ánima mea: quæsi vi illum, et non invéni. Invenérunt me vigiles, qui custodiunt civitátem. Num quem diligit ánima mea, vidistis? Páululum cum pertransissem eos, invéni quem diligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam, donec introducám illum in domum matris meæ,

et in cubiculum genitricis meæ. Adjúro vos, filia Jerúsalem, per cæpreas cervósque campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis dilectám, donec ipsa velit. *Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum : quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut inférnus æmulátio : lámpades ejus, lámpades ignis, atque flammárum. Aquæ multæ non potuerunt extingüere caritátem, nec flúmina obrüent illam : si déderit homo omnem substantíam domus suæ pro dilectióne, quasi nihil despiciet eam.

Graduale. *Ps. 44.* Dilexisti justitiam, et odisti iniquitátem. *V.* Propterea unxit te Deus, Deustuus, óleo lætitiæ. Allelúia, allelúia. *V.* Diffusa est grátia in lábiis tuis : propterea benedixit te Deus in ætérnum. Allelúia.EVANGELIUM. *Rogábat Jesum quidam de Pharisæis*, ut Feriæ v. post Dominic. Pass. p. 143. Et dicitur *Credo*.OFFERTORIUM. *Filiæ regum*, p. [59.]

Secreta. Múnera nostra, quæsumus Dómine, beate Mariæ Magdalænæ gloriósa mérita tibi red-

dant accepta: cujus oblatiónis obséquium unigénitus Filius tuus cleméner suscépit impénsus : Qui tecum vivit.

COMMUNIO. *Feci judicium*, p. [37].

Postcommunio. Sumpto, quæsumus Dómine, único ac salutári remedio, corpore et ságuine tuo pretiósó : ab ómnibus malis, sanctæ Mariæ Magdalænæ patrocinis, eruámur : Qui vivis et regnas.

DIE XXIII. JULII.

S. Apollinaris EPISCOPI ET MARTYRIS.INTROITUS. *Sacerdotes Dei*, p. [4].

ORATIO. Deus, fidélium remunerátor animárum; qui hunc diem beati Apollinaris Sacerdotis tui martyrio consecrásti : tribue nobis, quæsumus, fámulis tuis ; ut cujus venerándam celebrámus festivitátem, precibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dñm.

Et fit Commem. S. Liborii Episc. et Conf. Orat. ex Missa *Sicut*, p. [21].Lectio Epistolæ beati Petri Apóst. *I. Petr. 5.*

Carissimi : Seniores, qui in vobis sunt, óbsecro, consénior et testis Christi passiónum : qui et ejus, quæ in futuro revelánda est, gloriæ comunicátor : pásce

qui in vobis est, gregem Dei, providentes non coáccte, sed spontánee secúndum Deum : neque turpis luci grátia, sed voluntárie : neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et cum apparúerit princeps pastórum, percipétis immarcescibilem glóriæ coronam. Similiter adolescéntes, sábditi estóte senióribus. Omnes autem invicem humilitátem insinuáte, quia Deus supérbis resistit, humilibus autem dat grátiam. Humiliámini igitur sub poténti manu Dei, etc. *ut Domin. III. post Pentec.* p. 316.GRADUALE. *Inveni Davíd*, p. [3], et loco ult. *V. Tu es*, dicitur sequens.

V. Ps. 109. Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum : Tu es sacerdos in ætérnum secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 22. c.

In illo tempore : Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse major. Dixit autem eis Jesus : Reges gentium dominantur eorum; et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic : sed qui major est in vobis, fiat sicut minor : et qui præcëssor est, sicut ministrator. Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis : et ego

dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, et bibatis super mensam meam in regno meo : et sedeatís super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.

OFFERTORIUM. *Veritas mea*, p. [4].

Secreta. Réspice, Dómine, propitius super hæc múnera : quæ pro beati Sacerdotís et Mártiris tui Apollináris commemoratione deserimus, et pro nostris offensionibus immolámus. Per Dñum.

COMMUNIO. *Dómine, quinque talenta*, p. 366.

Postcommunio. Tua sancta suméntes, quæsumus Dómine, ut beati Apollináris nos sóveant continuata præsidia : quia non desinis propitius intúeri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvári. Per Dóminum nostrum.

EADEM DIE.

S. Liborii EPISCOPI ET CONFESSORIS.

MISSA. *Stáuit*, de Communi Confess. Pontif. p. [21].

DIE XXIV. JULII.

IN VIGILIA **S. Jacobi** APOSTOLI.

MISSA. *Ego autem*, ut in Vigilia unius Apost. p. [1]. Et fit Commem. S. Christianæ Virg. et Mart., cum Orationibus ex Missa *Me expectaverunt*, p. [36], et

tertia Oratione de S. Maria *Concede nos*, p. [57].

¶ Si Festum S. Jacobi Apost. venerit Feria ij., de S. Christina fit in Dominica, et de Vigilia fit Commem.

in Sabbato in Missa S. Apollináris, ante Commem. S. Liborii, pro quo tunc loco Orationis *Da quæsumus*, dicitur Oratio *Exaudi quæsumus*, p. [23]. Et in fine legitur Evang. ejusdem Vigil. In Cathedralibus et Collegiatis dicuntur due Mis-

sæ, una de S. Apollinare, cum Commem. S. Liborii (Orat. *Da quæsumus*,) sine Comm. Vigiliæ, et Evangelio ejusdem; altera de Vig. sine Commem. Sanctorum cum secunda Oratione *Concede nos*, p. [57], tertia *Ecclésiæ*, vel pro Papa, p. [58].

DIE XXV. JULII. **S. Jacobi** APOSTOLI.

INTROITUS. *Mihi autem*, p. [50].

Oratio. Esto, Dómine, plebi tuæ sanctificator et custos : ut Apóstoli tui Jacobi munita præsidii, et conversatione tibi placeat, et securamente deserviat. Per Dóminum.

¶ In Missis privatis tantum fit Commem. S. Christophori Mártiris :

ORATIONES ex Missa *In virtute*, p. [6].

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios. *I. 4. b.*

Fratres : Puto, quod Deus nos Apóstolos novissimos osténdit, tamquam mortí destinatos : quia spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo : nos infirmi, vos autem fortes : vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis credi-

mur, et instábiles sumus, et laborámus operántes manibus nostris : maledicimur, et benedicimur : persecutiónem patimur, et sustinémus : blasphemámur, et obsecrámus : tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos carissimos móneo. Nam si decem millia pedagogórum habeátis in Christo : sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

GRADUALE. *Constitutes*, ut supra, p. 472; et loco ult. *V. Tu es*, dic. sequens:

V. Joann. 15. Ego vos elegi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat. Allelúia.

EVANGELIUM. *Accésit ad Jesum mater*, ut supra, die 6 Maii, in Festo S. Joan. ante portam Latinam, p. 437. Et dicitur *Credo*.

OFFERTORIUM. *In omnem terram*, p. [50].

492 Die 26 Jul. S. Annæ matris B. V. A.

Secreta. Oblationes pópuli tui, quæsumus Dómine, beati Jacóbi Apóstoli pássio beata conciliet: et quæ nostris non aptæ sunt méritis, fiant tibi plácitæ ejus deprecatione. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Apost. p. 250.

EADEM DIE. **S. Christophori** MART.

MISSA. In virtúte, de Communi, p. [6].

DIE XXVI. JULII.

S. Annæ matris B. Mariæ Virg.

Introitus.



Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebránte, sub honóre beatæ Annæ: de cujus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Ps. 44.* Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. *V. Glória.*

Oratio. Deus, qui beatæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut Genitricis unigeniti Filii tui mater effici mereretur: concède propitiús, ut cujus solémnia celebrámus, ejus apud te patrociniis adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

EPÍSTOLA. Mulierem fortem, de Communi, p. [42].

COMMUNIO. Vos qui secúti, p. [51].

Postcommunio. Beati Apóstoli tui Jacóbi, quæsumus Dómine, intercessióne nos ádjuva: pro cujus festivitáte percépimus tua sancta lætántes. Per Dóminum nostrum.

GRADUALE. Dilexisti, ut supra, p. 488.

EVANGELIUM. Simile est regnum celórum thesauro, de Communi Virg. p. [36].

OFFERTORIUM. Filie regum, p. [39].

Secreta. Sacrificiis præsentibus, quæsumus Dómine, placátus inténde: ut per intercessiónem beatæ Annæ, quæ Genitricis Filii tui Dómini nostri Jesu Christi mater éxstitit, et devotióni nostræ proficiant, et salutí. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Communio. Ps. 44. Diffúsa est grátia in lábiis tuis: propterea benedixit te Deus in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Postcommunio. Cæléstibus sacraméntis vegetátí, quæsumus Dó-

Die 29 Jul.—S. Marthæ Virg. 493

mine Deus noster: ut intercessióne beatæ Annæ, quam Genitricis Filii tui matrem esse vo-

luisti, ad ætérnam salutem pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

DIE XXVII. JUL. **S. Pantaleonis** MART.

MISSA. Letábitur, de Communi, p. [7].

DIE XXVIII. JULII. **SS. Nazarii et Celsi** MARTYRUM, **Victoris** PAPÆ ET

MART., AC **Innocentii** PAPÆ ET CONF.

MISSA. Intret, de Communi, p. [13], præter Oraciones et Epistolam.

Oratio. Sanctórum tuórum nos, Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii confessio beáta commúniat: et fragilitáti nostræ subsidium dignánter exóret. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

EPÍSTOLA. Reddiárit Deus, de Communi, p. [18].

Secreta. Concède nobis, omnipotens Deus: ut his munéribus, quæ in sanctórum tuórum Na-

zárii, Celsi, Victóris et Innocéntii honóre desérimus, et te placémus exhibitis, et nos vivificémur accéptis. Per Dóminum nostrum.

COMMUNIO. Et sic coram hominibus, p. [15].

Postcommunio. Sanctórum Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii, Dómine, intercessióne placátus: præsta quæsumus; ut quod temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiamus. Per Dóminum nostrum.

DIE XXIX. JULII. **S. Marthæ** VIRGINIS.

MISSA. Dilexisti, de Communi, p. [38], præter Evang.

Et sit Commemoratio SS. Mart. Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis.

Oratio. Præsta, quæsumus Dómine: ut sicut pópulus christiánus Mátyrum tuórum Felicis, Simplicii, Faustini

et Beatricis temporáli solemnitate congáudet, ita perfruátur ætérna; et quod votis célebrat, comprehendat effectú. (Per Dóminum.)

EVANGELIUM. Intrávit Jesus, ut infra, die 15 Augusti, in Festo Assumptiónis B. M. V.

Pro SS. Martyribus.

Secreta. Hóstias tibi, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplici, Faustini et Beatricis commemoratione deferimus: suppliciter deprecántes; ut indulgéntiam nobis páriter cónferant, et salutem. (Per Dóminum.)

Pro SS. Martyribus.

Postcommunio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplici, Faustini et Beatricis cælestibus mysteriis celebrata solémnitas, indulgéntiam nobis tuæ propitiatiónis acquirat. (Per Dñum.)

EADEM DIE.

SS. MARTYRUM Felícis et sociorum.

MISSA. *Sapientiam*, de Comuni, p. [15]. cum Orationibus ut supra.

DIE XXX. JULII.

SS. Abdon et Sennen MARTYRUM.

INTROITUS. *Intret*, p. [13].

Oratio. Deus, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátia contulisti: da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; ut, Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereámur adversitatibus liberári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

EPISTOLA. *Exhibeamus nosmetipsos*, de Comuni, p. [19].

GRADUALE. *Gloriosus Deus*, p. [14], et loco ult. *Y. Corpora*, dicitur seq.

V. Sap. 3. Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos

torméntum malitiæ. Al-lélúia.

EVANGELIUM. *Videns Jesus turbas*, ut infra die 1 Nov. in Festo OO. SS.

OFFERTORIUM. *Mirabilis Deus*, p. 479.

Secreta. Hæc hóstia, quæsumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalitia recenséntes offerimus: et vincula nostræ pravitátis miserócordiæ dona conciliet. Per Dñum.

COMMUNIO. *Posuerunt*, p. 456.

Postcommunio. Per hujus, Dómine, operationem mysterií, et vitia nostra purgéntur: et, intercedéntibus sanctis

Martyribus tuis Abdon et Sennen, justa desidé-

ria compleántur. Per Dóminum nostrum.

DIE XXXI. JULII. S. Ignatii Fessus.

Introitus. *Philipp. 2.*

Introitus. *Philipp. 2.* N nómine Jesu omne genuflectátur, cælestium, terréstrium, et infernórum, et omnis lingua confiteátur, quia Dñus Jesus Christus in glória est Dei Patris. *Ps. 5.* Gloria bántur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quóniam tu benedices justo. *V. Glória Patri.*

Oratio. Deus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsidio militántem Ecclesiám roborásti: concéde; ut ejus auxilio et imitatione certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum.

EPISTOLA. *Memor esto*, de Comuni unius Mart. p. [7].

GRADUALE. *Festus ut palma*, p. [29].

EVANGELIUM. *Designavit Dóminus*, ut supra die 23 Apr. in Festo S. Marci. p. 423.

OFFERTORIUM. *Veritas mea*, p. [29].

Secreta. Adsint, Dómine Deus, oblationibus nostris sancti Ignatii benigna suffrágia: ut sacrosántia mysteria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituisti, nos quoque in veritate sanctificent. Per Dóminum. *Communio. Luc. 12.* Ignem veni mittere in terram: et quid volo, nisi ut accendátur?

Postcommunio. Landis hóstia, Dómine, quam pro sancto Ignatio grátias ágentes obtulimus: ad perpétuum nos majestátis tuæ laudatiónem, ejus intercessiõe, perducát. Per Dóminum.

Festa Augusti.

DIE I. AUGUSTI. S. Petri ad Vincula.

Missa dicitur ut supra, die 29 Jun in Festo SS. Ap. Petri et Pauli, p. 471, et seqq. præter Orationes et ult. *Y. post Graduale.*

Oratio. Deus, qui beátum Petrum Apósto-

lum, a vinculis absolutum, illæsum abire fecisti: nostrórum, quæsumus, absolve vincula peccatórum; et ómnia mala a nobis propitiatus